Universitätsbibliothek Paderborn

Praxis Episcopalis

In Qva Episcoporvm Non Tantvm, Eorvmqve Vicariorum munus; sed Parochorum etiam & conscientiarum directorium concernentium casuum ac dubiorum indies occurrentium Resolvtiones ... quàm brevissimè continentur

Zerola, Tommaso

Coloniae Agrippinae, 1680

Dominium.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10421

Visual Library

Ad decimum tertium. Vide Iſer. *in rub. de feudo Marchiæ. num.* 3.

Ad decimum quartum. Vide Panor. *in c. ſignificavit, n.* 5. *paroch.* Oldr. *ad conſil.* 168. *gl.* 13. *q.* 1. *in ſumma.* Archid. *in c. ſi quem, de procurat, lib.* 6.

Ad decimum quintum. Diſtingue an negetur ullo pacto eas deberi, an quoad quotam, vide Caſtrum, *de hæreſi. ver. decima* Covar. *lib.* 1. *cap.* 3. *n.* 2. *var. reſol.* Sot. *lib.* 9. *q.* 4. *ar.* 1. *de juſt. & jure.*

DOMINIUM.

PRimò, an ſufficiat titulus ad probandum dominium, & an requiratur probare auctorem ejus, à quo dicit ſe habuiſſe dominium, vide Boer. *dec.* 42. *n.* 25. & quot modis probetur dominium, vide *ibidem num.* 32. & an per ſolutionem cenſus, ſeu canonis ſeu penſionis Eccleſia probet dominium, ſeu poſſeſſionem directam, vide Abb. *in c. accepimus, nu.* 1. *de privileg. in conſilio* 74, *incipiente, Civis quidam Senens,* 1. *vol.* Guid. Pap. *dec.* 272. Roman. *conſ.* 126. gl. *in cap. Bonæ memoriæ, in ver. unam procurationem, de appellat.* & gl. *in c. cùm venerabilis, in ver. locaſſet, de relig. dom.* Novel. *de jure protim.* §. *primus, nu.* 155. ex Baldo, *in l. cum de in rem verſo ff. de uſur.* & Abb. *in c. fi. de cauſ. poſſeſſ. & propriet.* dicit ſolutionem cenſus diuturnam probare titulum, modò ſit per tempus, cujus memoria non extat in contrarium, Jaſon *in l. ſi certis annis, num.* 12. *C. de pact. &* §. 5. *num.* 96. *& infrà,* dicit, confines probare dominium antiquiſſimum, & juriſdictiones. Alex. *in conſ.* 150. *num.* 9. vol. 6. & alia ibi citata per Novel. vide *in verſ. libri, & dec.* 42. ejuſdem Boer. *nu.* 11. ubi dicit, quòd per unum inſtrumentum venditionis rei emphyteuticæ, aut locationis perpetuæ, non probatur dominium contra emphyteutam; vide Abbatem *conſ.* 54. *in dub. & lib.* 1. quando locatio probet dominium, vel poſſeſſionem, vide Boer. *deciſio.* 105. *n.* 13. 14. & 15. *c. cum veniſſent, de reſtitut. ſpoliat.* vide Navar. *in conſ.* 4. *de præſcript.* & Jaſon. *in l.* 2. *nu.* 215. *verſ. decimo ſeptimo quæro,* dicit inſtrumentum emphyteuticum non probare dominium Eccleſiæ, vide Gemin. *in cap.* 1. *verſ. ulterius quæritur, de præſcript. libro* 6. ubi ponit diſcrimen tituli boni, vel mali, fidei bonæ, vel malæ prædeceſſoris, reſpectu ſucceſſoris.

Secundum, dominium antiquiſſimum loci, juriſdictionis & confinium, ſeu terminorum, ſeu titulorum probari poteſt per famam, Bertrant. *conſ.* 171. Novel. *de jure protim.* §. *quintus, num.* 96. & 97.

Tertium, an dominium ſeu poſſeſſio probetur per obligationem, vel ex locatione? Affirmativè reſpondetur. Vinc. de Franch. *deciſ.* 204. *num.* 12. & 20. vide etiam Afflict. *deciſion.* 325. & 331 *in ultim.*

Quartum, poſſeſſio ſola non ſufficit auctori ad probandum dominium, Afflicti. *deciſio.* 40. *num.* 4.

Quintum, an & quando ſolutio cenſus probet poſſeſſionem, vide Affl. *dec.* 325. & Abb. *in c. quanto, n.* 2. *de cenſ.* vide Gem. *in c.* 1. *verſ. quæro, an potens, de præſc. lib.* 6. licèt remiſſivè.

Sextum, dominium difficillimum eſt pro-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

probare, *l. iubemus, l.* 1. 2. *C, de ſacroſan. Eccl.* Abb. *in c. Epiſ. nu.* 1. *de reb. eor. n.* 2.

Septimum, in poſſeſſorio ſufficit probatio ſolutionis cenſus duorum annorum, in petitorio 30. vel. 10. Rodoan. *tract. de reb. Eccl. non alien. q.* 1. *in fi.*

Octavum, in alienatione rerum quæ alienari non poſſunt, non transfertur dominium, nec currit præſcriptio, Dyn. *in c. cùm quod n. & in c. quod contra.*

Nonum, quomodo dominium probetur per teſtes deponentes de aliquo facto, & non de auditu, & optimam practicam probandi dominium, vide apud Caputaque, *dec.* 279. *& ſeq.* 1. *p. & dec.* 269. 3. *p.* ubi dicit teſtes ſingulares probare poſſeſſionem alicujus, dummodo ſint conteſtes, Fel. *in c. licèt ex quadam, de teſtib.* Abb. Anton. & Innoc. *in c. licèt cauſam, ver. in ea gl. de prob.*

Decimum, dominium probatur ex deputatione Gubernatoris, & Judicum, & juriſdictionem exercentium. Corneus *conſi.* 333. *num.* 3. *volum.* 1. Caputaquenſ. *deciſio* 283. *p.* 3.

Undecimum, dominium probatur, ſi quis probat ſe percepiſſe fructus tanto tempore, quod ſufficit ad præſcriptionem, Bar. *in l. ad probationem, C. locati,* Franciſcus Balbus *tract. de præſcript.* 2. *p.* 3. *prin. c.* 2. *num.* 8.

DEGRADATIO.

SUMMARIUM.

1 *Quibus in delictis fieri poſſit, & debeat.*
2 *A quibus, & quibus ſociis.*
3 *Ubi, quibus indumentis, & an cum degradato actualiter poſſit Epiſcopus diſpenſare.*

AD primum. Vide Sylveſt. *in ver. degradatio. num.* 4. §. 2. & Diaz *in pract. cirm. Can. cap.* 130. *&* 131. & quando Clericus, vel Epiſcopus poſſit degradari propter conjurationem factam contra principem, vel dominum terræ, vide Abb. *in c. at ſi Clerici. de iudic. dec.* 130. *n.* 73.

Ad ſecundum. Vide Conc. Trid. *ſeſſ.* 13. *cap.* 4. *de refor. & de Cath. inſtit. tit.* 46. *num.* 69. *&* 70. *c. degradatio, de pœn. lib.* 6. *& c. novimus. de ver. ſigni.* Roman. *ſing.* 165. & circa degradationem hæreticorum, ultra prædictos vide Peng. *com.* 45. *in* 3. *p. Direct. Inquiſ.*

Ad tertium. Vide Anch. *in d. c. gradatio,* & practicam habes in Pontificali. Dubium eſt, an Prælati Religioſorum poſſint cognoſcere de cauſis Religioſorum, & de criminalibus quæ requirunt depoſitionem, & Navar. *in c. non dicatis,* 12. *q.* 2. *n.* 63. videtur dicere quòd non, & Conc. Trid. *loc. cit.* loquens de degradatione facienda, ſolùm hoc tribuit Epiſcopo, vel ejus Vicario generali.

DUELLUM.

PRimò, de requiſitis ad duellum, & de ipſo, vide plura per Guid. Pap. *q.* 623. *&* 617. & Rebuff. *in l. unica, C. de gladiat. l.* 11. & Capyc. *dec.* 130. *n.* 74.

Secundò, qualiter deteſtetur, & omnino de medio tollatur & penitus ex Chriſtiano orbe exterminetur, vide Conc. Trid. *ſeſſ.* 25. *c.* 19. *de refor.*

Tertiò, illud decretum habet locum in privatis duellis, quæ fiunt ſine alicujus principis auctoritate, & conſenſu, &

ſine